jure naufragii veniſſet, *Spang. in Chron. Querf.* Sed ô rationis & humanitatis naufragium !

DISP. XVII.

DE FOEDERIBUS, CLIENTELIS, ſocietatibus, amicitiis, aliisq; ab externo amplificandæ reipubl. modis, &c.

Reſpondente

ESAIA à LUTTITZ, SILESIO.

THESIS I.

VOluntarium ab externo reipubl. augmentum, aut ſpontanea exterorum oblatione *a* efficitur, aut *b* invitatione, utrumq; aut ſubjectionis *c*, aut tuitionis *d* ergò: illinc cives & incolæ: hinc clientes *e*, amici *f*, ſocii *g* & confœderati reipubl. accreſcunt.

a) qua Cyri imperiũ crevit, *Xen. lib. 1. pæd.* & imperiũ Rom. auctum, cùm plures exiſtimarent ſe melius ſub eorum poteſtate vivere poſſe, quàm in ſua libertate, *Liv. lib. 4.* Ultrò verò etiam remotæ gentes amicitiam & ſocietatem adverſus vicinos potentiores expeterent, *Halicar. lib. 2.* Sed hic diligenter advertendum, quid humerus tuæ reipubl. ferre poſſit, ne non tam augeas eam, quàm deprimas ſuſcepta aliorum mole. Proſpiciendum quid honeſtum, quid conducibile. Non enim promiſcuæ amicitiæ & fœdera ſuſcipienda: neq; in rempubl. nedum